

strepitum litium ortum fuerat inter ipsos. Acta sunt haec anno gratiae M^oCC^oXXXIX^o. III^o Nonas Septembris, indictione XII., pontificatus nostri anno XXIV^{to}, in praesentia eorum, quorum nomina sunt subscripta: Fridehalmus decanus, Bruno thesaurarius, Norpertus cantor, Ernestus scolasticus, Rodolfus cellerarius, Otto et Hillebrandus archidiaconi et alii quam plures.

Nach dem Orig. im K. Haupt-Staatsarchiv zu Dresden. Das an einem Pergamentstreifen befestigt gewesene Siegel ist abhanden gekommen.

Vogel Leipz. Chron. S. 127. — Schöttgen u. Kreysig diplomat. Nachlese I. S. 50.

No. 13. 1240. (18. Febr.)

Markgraf Heinrich überträgt der Katharinenkirche eine von den Erben Wilhelms genannt vom Kreuze erkaufte Mark in der Münze an Stelle einer andern von dem Verstorbenen vordem durch Schenkung unter den Lebenden zugewendeten Mark von seinem Hofe.

H. dei gratia Misnensis et Orientalis marchio praeposito et conventui monasterii beati Thomae apostoli in Lipizk in salutis auctore salutem. Cum in testamentis duplex sit utilitas, una videlicet quod per ea cui dantur proficit ecclesia, alia quod testatoris defuncti semper ibidem agitur memoria, vanum non est aut superfluum testamenta scriptis talia commendare, ut irrevocabiler ecclesiis maneat scripta sigillis auctenticis roborare. Sane quia Willehelmus dictus de Cruce pie memorie burgensis in Lipizk dum viveret in dotem¹⁾ ecclesie beatae Katerinae in Lipizk unam marcam de sua curia ibidem sita singulis annis in die beatae Katerinae solvendam contulerit²⁾, heredes sui nunc cum ad alios usus eadem convertatur curia in restaurum eiusdem marcae marcam aliam in moneta Lipizk a Cunrado dicto Cesare pro certa summa pecuniae compararunt, quam cum dictus C. feudali iure a nobis hactenus tenuerit, ut vobis eam et vestrae conferamus ecclesie a nobis humiliter petierunt. Nos vero divinae remunerationis intuitu piis eorum annuentes precibus marcam eandem in die beatae Katerinae singulis annis solvendam vobis et ecclesie vestrae conferimus pleno iure. Ne autem vobis in posterum a nostris heredibus vel ab aliis super hoc dubietatis emergat scrupulus, praesens scriptum super eadem donatione conceptum nostro sigillo ut robor firmitatis obtineat communimus. Testes huius donationis sunt Theodericus Nuemburgensis praepositus, Alexander notarius, Berchtoldus capellanus, Vlricus parrochianus in Dresedene, Vlricus de Pae, Heinricus marscaleus de Gnannenstein, Cunradus camerarius frater suus, Albertus dapifer de Burne, Guntherus de Huguwiz milites et alii quam plures. Datum Lipizk anno domini M^o.CC^o.XL^o.³⁾ indictione XIII^a.

Nach dem Orig. im Rathsarchiv zu Leipzig mit dem wohl erhaltenen Reitersiegel des Markgrafen an Fäden von rother, grüner, gelber und lilafarbener Seide

Von dieser Urk. ist noch eine zweite, weniger sorgfältig geschriebene Ausfertigung (B.) vorhanden, deren gleichfalls an seidenen Fäden befestigt gewesenes Siegel abhanden gekommen.

Vogel Leipz. Chron. S. 123. — Schöttgen u. Kreysig diplomat. Nachlese I. S. 53.

1) ad fabricam B. 2) contulerat B. 3) XII^o. Kal. Marci B.